(8

S.MI D. N.

D. VRBANI
DIVINA PROVIDENTIA
PAPAE VIII.

Declaratio quod per alienationem quorumcunque locorum in Statu Eccleſiaſtico exiſtentium non cenſeatur tranſlatus in acquirentem titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, locis huiuſmodi annexus, vel in eis erectus, vel illum transferendi data facultas, niſi in licentia alienandi id expreſſe conceſſum fuerit.



ROMÆ,
Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
MDCXXXIX.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

VRBANVS PP. VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CVM rationi minus conſentaneum ſit, vt translato in alios dominio Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Terrarum, aliorumque locorum in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico exiſtentium, ac honoris, & dignitatis titulis plerumquè non tam ſui, quàm illa poſſidentium, vel maiorum ipſorum intuitu, & contemplatione ob præclara eorum erga Romanos Pontifices, & Sedem Apoſtolicam, Chriſtianamquè Rempublicam merita decoratorum, ipſi quoquè tituli huiuſmodi quaſi acceſſoriè translati cenſeantur; Hinc eſt, quod nos Motuproprio, & ex certa ſcientia, maturaquè deliberatione noſtris, dequè Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione, declaramus, & de-

& decernimus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus per quamcumque Ciuitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Terrarum, aliorumquè locorum in ſtatu noſtro Eccleſiaſtico mediato, vel immediato exiſtentium, venditionem, & quamuis alienationem, etiam alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo, non cenſeatur in emptorem, & quemlibet alium quocumquè titulo lucratiuo, vel oneroſo, & aliàs quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum huiuſmodi transferendi data facultas, etiamſi titulus huiuſmodi Ciuitati, Oppido, Caſtro, Terræ, vel loco venditæ, ſeu vendito, & alienatæ, ſeù alienato annexus, ſeu in ea, vel eo erectus eſſet, niſi in licentia Apoſtolica vendendi, & alienandi iuxta conſtitutiones fel. rec. Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, ac noſtras omnino prius obtinenda ſpecificè, & verbis expreſſis translatio tituli huiuſmodi cōceſſa fuerit, præſentes quoquè litteras quouis prætextu, vel cauſa de ſubreptio-

nis,

nis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, retractari, in ius, vel controuerſiam vocari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore, plenamquè roboris firmitatem obtinere, ſicquè & non aliter in præmiſſis per quoſcumquè, Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici, & curiæ Cameræ Apoſtolicæ generalem Auditores, & dictæ Cameræ Clericos Præſidentes, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac eiuſdem S. R. E. Camerarios, Ciuitatumque Oppidorum, Caſtrorum, Terrarum, & locorum huiuſmodi Gubernatores, & Magiſtratus quomodolibet nuncupatos nunc, & pro tempore exiſtentes, ac quoſuis alios quacumquè auctoritate fungentes ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Non obſtañ præmiſſis, ac conſtitu-

tio-

tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quatenus opus ſit, noſtra de iure quæſito non tolleñ, & alijs Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac quorumuis locorum etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis quibuſuis locis, & perſonis quomodocumquè nuncupatis, ac qualitercumquè qualificatis, etiam ſpeciali nota, & mentione dignis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſquè, & alijs decretis etiā Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus in genere, vel in ſpecie, ac aliàs in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per

clau-